AND. GRYPHII MUMIAE WRATISLAVIENSES.

WRATISLAVIÆ,
Sumptibus VITI JACOBI DRESCHERI.
Anno M.DC.LXII.

GENEROSISSIMO DOMINO,

DOMINO JOHANNI FRIDERICO LIBERO BARONI DE NIMPTSCH,

In ölſe, Lauterbach & Ullersdorff, Supremo Excubiarum Præfecto, Ducatuum Schvvidnizii & Jauraviæ ad Illuſtriſs. Sileſiæ Ordines Legato.

GENEROSO NOBILISSIMO STRENUISSIMO QUE DOMINO,

DOMINO JOHANNI FRIDERICO à SACK, in Thiergarten/ &c.

Dominis ſuis Gratioſiſs.

MUMMIAS Vobis consecro, Generosiss. & Nobiliss. Domini, exosum vulgo munus, & quod facie cultuque nil nisi mortem ac tumuli squallores præ se ferat. Vulgo dixi, nec enim ignotum propiores cœlo animas & queis solemne vel pudendis corticibus obsepta sapientiæ arcana scrutari, his quoque

Veteris ævi relliquiis ſtudium atque curas mancipaſſe. Hauddubio in publicum commodo. Deprehenſum enim non immemores Veterum Originum Ægyptios, quamvis temporum ac ævi contage caligantes, ſpiraſſe molibus extructis ac cadaveribus obduratis contra tabem tot annorum, Æternitatem il-

lam ad quam conditi mortales. Hinc cum perennare crederent animas, ut ut corporis exſortes, ſepoſitasque tantum in quietem corporum exuvias; multa funeris ambitione ſervavere hæc animę quōdā in membra reditū-ræ domicilia, ſanctiusque ac reverentius viſum contra ſeculorum injuriam hac induſtria tue-

tueri ſuperſtites amicorum artus quam ignibus abolere, quamvis iner odorum ſuffitus ac lacrimarum honores. Cui ergo potius triumphales haſce de nece imagines dedicarem quam Vobis Generoſiſſime, Generoſe atque Nobilisſime ac Strenuisſime Domini, qui jam mente egredimini faſtigium mortale dum

pacis atque armorum artes, queis dudum Illuſtres, ſecuri de temporum iniquitate, emolumēto PATRIÆ, asſidui devovetis. Animi Virtutisque manifeſtos miratur quisquis Vobiſcum turbidis rebus conſulit, aut cura laboreque Veſtro ſoſpes, bene partis fruitur. Vocabit ad contemplationem Virtutum Ve-

ſtrarum Poſterorum ingenia, memoria Annalium, Fama rerum. Suſcipite interea eâ, qua me olim dum Boruſſia dum Belgium nos diſtineret; ac nuper dum Florentes in Patria venerabar, benevolentia dignati, exile quidem devoti cultus monumentum, quod tamen Nominis Veſtri auſpicio ultra odium atque invi-

invidiam eorum vale-
bit qui ſua tantum ſu-
ſpiciunt atque miran-
tur,

Generoſiſſime Generoſe Nobilisſime ac ſtrenuisſime Domini

abs

Veſtrar. Generoſitat.
devoto

Glogov. Calend. Septemb.
A. cIↄ Iↄc LXII.

AND. GRYPHIO.

LECTORI BENEVOLO.

Lustrum jam ferme volvitur ex quo publicum avebat hæc dissertatio, inter varia occupationum breve intra temporis spatium in chartam conjecta. Impedimēto fuere non tantum mora typographorum, sed & quod mihi decretum alteram subjungere, eaq; varia quæ apud exteros mihi de mortuorum conditu-

ra

ſudabat. diſtingue: ſacrum. Exſudabat. 45. 30. denſi. l. denſo. 48. 7. abtruciati l. abbruciati. 87. 5. ΕΥΧΥΧΙ. l. ΕΥ✠ΥΧΙ. 83. 14. verbis. l. verba in Marg. lacel. l. Facel. 85. 6. Prachytam. l. Prochytam p. 101. 13. ritu. l. riſu. p. 112. 6. poſſe, ibid. 18. virerem, l. viverem.

AND. GRYPHII

MUMIÆ WRATISLA-VIENSES.

CUm à teneris incredibili aviditate Gentium Orientis ritus ac ſacra ſcrutatus, iis Scriptoribus animum advertiſſem, qui non modò ſitus terrarum, ſed & religionum atque legum arcana poſteris tradidére: detinuére ſaepiùs admirantem Aegyptiorum inſtituta, Platonis, Athenaei, Plutarchi,

Diodori, Herodoti aliorumque ingenio expreſſa. Quem etenim Deorum cultus, quem idola, in variam animantium ſpeciem, eamque è diverſiſſimorum membris compoſitam, figurata, non moveant? Subterranei myſteriorū ſpecus, Regum poteſtas & ſeries ultra hiſtoriarum fidem: honoratiſſimum gen9 Sacerdotes, & qui jura per domos urbesque reddunt: largi apparatus; Obeliſci certamine & opibus Principum montibus exciſi, & duraturae ad aeternum pyramides. Nilus ipſe, nullis olim inquirentium ſtudiis detectus, omnium expenſus, proprium Regionis decus, fertilitatis immenſae autor

tor & parens. Quin & ſuae ſepulcris leges,& ſervandi cadaveris mos publico conſenſu receptus. Quae ſingula & Veterum plures, & noſtra aetate ſagaciſſimi quique illuſtrarunt. Et poſtremum quod attinet, fuére quibus pridem decretum rimari conditoria, noſcere medicamen, cujus virtute imbuti functorum artus exſangues, tot poſt ſeculorum decurſum, in hunc annum durant, evolvere lintea, feralium reliquiarum vulgare titulos, & ut ſumus avaritiae promti mortales, poſtquam ab Arabiâ perſuaſio cepit, expugnandae valetudini adverſae, haec ſive conditorum membra, ſeu confuſum

 tabe

rabe demortui unguentum praestare; usu commerciorum, permutatione & pretio per omnem ferè Europam venundari conspicimus, aut trunca cadaverum fragmina, aut capsis adhuc dum suis repositum corpus. Auxit emendi cupidinem spectandi libido: dum, qui coacervandis artium atque Naturae ostentis student, in ornamenta conclavium vertunt tumbis quondam ac nocti credita sempiternae. Crebrum inde hoc apud Belgas funus: ad Gallos Italosque delatum, quod ne Poloniae, Princeps ostenderet, Illustris Radzivilius, obstitit tempestas, & quae comitem itineris, Sacer-

dotem Mumiarum caetera ignarum, dira species exterruit. Nec Germania hujus mercimonii inanis. Vix urbs, paulo civium atque opulentiae famâ celebrior, quae pharmacorum inter repositoria non brachia aut coxendicum partes ex Aegypti hypogaeis asservet. Dum itaque exteros inter, & tandem in Patriam redux, sive illibatam cadaverum molem, seu sectas in frusta reliquias curatiùs miror; deprehendi, quod jam olim monuére Græci autores, haud uno perfusa liquore ab Aegyptiis corpora functorum, nec eosdem odores ad arcendam cariem selectos; quamvis nõnulla, quae

iidem Scriptores,dum expurgandi funeris morem adumbrant, tradidére, haud omninò ex fide mihi visa. Prodiit tandem Viri ingenio atque infandâ rerum scientiâ celeberrimi Athanasii Kircheri S. J. Sacerdotis, Oedipus Aegyptiaeno. Cujus tamen operis copiam, & quae Romam abhinc biennio lues exhausit, & quae Patriae iisdem ferè mensibus infesta, domicilio vigesimum ultra lapidem, ad suburbana Nobilissimi Schoenbornii me emovit, ad medium circiter Novembrem anni nuper elapsi, nobis invidit. Ut primùm abstrusissimae sapientiae volumen genio temporum nostro-

ſtrorum gratulatus, quantum tùm publicè impedito licuit, inſpexi: fateor, innumera fuiſſe, quae avidam talium mentem incredibili voluptate recrearent. Caetera ne tangam: didici & haec tumulorum pervia homini indaginis indefeſſae. Inde, ubi conſilium ipſi initio operis paucis exſequi, ex Herodoto, Diodoro, Pauſaniâ, Porphyrio, Euſebio, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Jamblicho, Luciano aliisque verbotenus, quae de Aegyptiorum moribus, vita, inſtitutis, dicenda exiſtimaverat: ad funeris curram delapſus, in hunc modum diſſerit; ſyntag. II. de Polit. Aegyptior. c. 1. p. 123.

„124. Qui funera mortuorum
„curabant, eo exercitio à ma-
„joribus tradito, funeris im-
„penſam domeſticis deſcri-
„ptam ferebant, ſcrutantes,
„quanti vellent celebrari fu-
„nus, conventione facta cor-
„pus eis tradebatur, ut juxta
„impenſam curaretur funus.
„Primus Grammaticus (ita e-
„nim appellabatur) poſito hu-
„mi corpore, ſignum circa ilia
„deſcribebat, quantum à ſini-
„ſtra parte incideretur: deinde
„qui dicitur Sciſſor, habens la-
„pidem Aethyopicum, quan-
„tum lex ſinebat, latus aperie-
„bat, ſubitoque curſu à proſe-
„quentibus, qui adſtabant, la-
„pidesque cum execratione in
„eum jacientibus, fugiebat.
Exiſti-

Exiſtimabant enim, odium,,
inhaerere, quicunque amici,,
corpus illato vulnere viola-,,
rit. Curatores verò corporis,,
hos, Salitores appellabant,,
honore aeſtimationeque di-,,
gni habebantur: utebantur,,
enim Sacerdotibus, templa-,,
que pariter ingrediebantur.,,
His penes cadaver adſtanti-,,
bus, unus per ſciſſuram cor-,,
poris interiora praeter renes,,
& cor educebat, quae ſingula,,
alter vino Phoenicio è rebus,,
odoriferis lavabat: deinde,,
corpus totum, primùm è Ce-,,
dro, tum aliis ungventis un-,,
gebant, dies ampliùs triginta,,
myrrhâ deinde ac cinnamo-,,
mo, caeteriſque rebus linie-,,
bant, quae non ſolum id ſer-,,

„vare diuturnè, sed odorife-
„rum reddere valerent. Cura-
„tum cadaver cognatis trade-
„bant defuncti; ita singulis e-
„jus partibus, etiam superci-
„liorum palpebrarumque pilis
„integrè servatis, ut omnis
„corporis species dormientis
„more integra perduraret &c.
Haec eadem apud Herodotum & Diodorum legas, & plura, quae catus Scriptor narrare insuper habuit, fors, quod ea tantum firmare ausus, quae vero affinia statuerat. Cerebrum enim per angustos narium meatûs, quî ferro Herodotus educat, fateor haud me capere, ex quo ossium frontisque compagem habui perspectam, & post-

poſtquam noſcere licuit, vix quid mage integrum illâ faciei parte in hujuscemodi cadavere reperiri, etiamſi interiora cranii ſcruteris. Lateris lib. 1. etiam ſiniſtri vulnus cruendis viſceribus, nec dum victo Diodori claritudine animo adlubeſcit. At non ibo infiſcias, quanquam largi, diverſi tamen apparatus unguentum & odores obtinuiſſe, dum pro fortuna ſuum cuique decus & ſepulcrum. Nec obniti videtur Kircherus, qui ſyntagmate integro de Mumiis, quod operis laudati tomo III. inſeruit, omne ſtudium intendit, ne quid, quod vel peritisſimum horum ſacrorum fugit, indictum prætermittat.

Videtur, inquam, dum c. 3. § 1. quae Herodotus graecè, uberiore dicendi genere Romanis auribus exponit. At mox, celeberrimi Nardii documento (qui corpora fasciis suis evoluta summo studio dissecuit, & praeter asphaltum, nullo alio aromatici generis apparatu condita repetit) victus, haud aliud aromatis aut linimenti genus Aegypti cadaveribus ad motum arbitratur. Jam major cupido, intueri ipsum Nardii in Lucretium opus. At non in hisce locis penes nos aliosve ullum scripti illius exemplum. Vivimus hîc Musis ac eruditione procul, nec supersunt amici, qui ausurum aliquid

ſuffulciant moneantque. Hâc itaque curâ marcentem excitavit tandem Albertus à Setiſch: is qui natalium nobiliſſimo ſplendori, quicquid pacis & belli artium, ſuperaddidit: cujus quamvis cautiſſimae prudentiae, arma ac militem Vratislavia crediderit, nihilominus tamen, ſi quod tempus unquam decepit iis, quas Patria curas exigit, omne rerum ac naturae ſcrutinio addixit. Illius dives librorum penus, ſed in usûs, non oſtentui parata, expeditas Nardii lucubrationes ſuggeſſit. Ut has adeptus, mox exquirere viſum, quae congruentiâ traderent. Ac primum deprehendimus, omnia

ea,

ea, quae Kircherus syntagm. XIII. de Mumiis c.3. §.1. tradiderat, iisdem verbis Nardium ante: animadversione tamen in Lucretium non congerere modò, sed & varia post disquisitione castigare, decernit
„tandẽ: Nemo sciens se tradu-
„ci patiatur inposterum. Spe-
„ravi olim miram fragrantiam
„à medicato funere, tot tantis-
„que infarcto aromatibus: ve-
„rùm spes me fefellit, solum-
„que fuit obvia gummi gra-
„veolentia post denudatum
„cadaver. Quanquam verò nõ
„unius illud erat sortis & vetu-
„stati licet plurimum darem,
„attamen non nisi gummi ve-
„stigia; quin cunctas homo-
„genei gummi glebulas in

ven-

ventre recens diſſecto obſer- „
vavi. Sciſcitor interim curio- „
ſus calvariam, eodemque „
gummi intus illitam depre- „
hendo, tum verò me operam „
luſiſſe omnem liberè ſum faſ- „
ſus, dum partes cadaveris ſin- „
gulas attentiùs examino, al- „
teque gummi imbibitas vi- „
deo. Fregi, diſcerpſi: oſſibus „
neque peperci, gummi ubi- „
que redolent atque ſapiunt. „
Serus ego damnavi tandem „
propriam credulitatem lon- „
gumque vale dixi Aegyptiis „
technis. Et, utut dein ſubji- „
ciat: Non negarim tamen, „
Regum cadavera Opobalſa- „
mo, ſtacte, aloë, croco, cinna- „
momo, & conſimilibus cura- „
ta fuiſſe: verûm ſingularis & „
infre- „

„infrequens erat illa conditu-
„ra. Nos verò & vulgares &
„frequentiores prosequimur.
„Perorat tamen, ubi & quae
„de tenuiorum funeribus He-
„rodotus atquè Diodorus tra-
„didére, rejecit: Compares
„profecto & superioribus con-
„generes hae sunt nugae, pura
„nempe meraque mendacia
„Salitorum, ut alienas emun-
„gerent crumenas, quando-
„quidem cadavera singula Ae-
„gyptiaca consuta observa-
„mus, intusque eodem bitu-
„mine latè superque infarcta.
„*Unica proinde erat conditura,*
„*cujuscunque sortis mortalibus,*
„*dispendiosior divitibus fraude libitinariorum.* Atqui per
diversum iére, tot non dico
Vete-

Veterum eximii, non quotquot hâc aetate labori quam ingenio propiores famam ſperant, dum illorum verbis tradita ad taedium nobis reponunt: veritatem tamen & rei indaginem, cujus apud eruditos maxima voluptas eſt, veris vix pretiis aeſtimant. Sed quotquot exquiſita aſſiduitate aut domi nata, aut aliunde advecta rimantur; vel tuendae mortalium ſaluti medicinam exercent. Quid Arabes, Graecos, quid noſtrorum agmina producam? Recens ab Italia ſcriptor, dum Aedrovandi Muséum metallicum adornat, lib. III. c. 17. Hujus funeris ita cõditi," etiamſi varia genera in offici-"
nis

„nis conſpiciantur, quae notas inter ſe diſcrepantes, co„lore nimirum & pondere ha„bent; nihilominùs eligenda „eſt Mumia ſubrubra, levis, „ſubpinguis & ſubodora, quae „ab omnibus tanquam genui„na probatur. Etenim gravis, „nigra, friabilis, terrea, & quae „digitorum attritu facilè in „pulverem abeat, tanquam ad„ulterina rejicitur. Deinde o„mnia condita funera plerum„que alicujus odoris & ſaporis „eſſe deprehenduntur: non ta„men in omnibus ingratus o„dor, & ſalſus ſapor percipi„tur: ſed quatenus majori vel „minori ſalis aut nitri copia „condiuntur. Ego ut Autor; non omnia conceſſerim; ita cada-

cadavera diverſo liquore imbuta, & hactenus credidi, & dum ſaepè partes avulſas ſpectarem, puto me animadvertiſſe. Non lubet obſcuris ob remota nobis loca teſtibus, utut id mihi haud grave, niti. Conſpicias licet Frauſtadii in Schinkiano pharmacorum promptuario, femoris ingens fruſtum, quod plurimâ, eâque fermè ſolida pice carnes coërcet, at penes Hortenſium non artûs integri, ſed decidua coſtis fragmina, & in pulverem fermè ſoluta. Valet tamen odor ab aſphalto diverſus, ac ſubfuſca flavedo, non modo quicquid corporis reliquum, ſed vel oſſium intima (nam cultro ſcrutari viſum)

ſum) infecit. Objicias licet: per tot temporis atque coeli vices etiam ſolidisſima mumiarum vaneſcere in ejuscemodi quisquilias: at reſpondet aptè,& ſi de funere aſphalto aut bitumine imbuto id
p. 636. capias, verè Nardius: „integrum invictumque reluctatur ambienti,quin aquae diutiùs immerſum, rigidum per„durat, eluditque circumfluum humorem. Quod ſi tam obviam, ſimplicemque functorum curam ſtatuas, quò tot dierum impendia? ut ſeptuaginto illos Herodoti explodas, nugisque ac mendaciis Salitorum circumſcriptum dicas: Moſi quid fiet? qui curatè Gen. 50. 3. ויחנטו הרפאים

הרפאים את ישראל: וימלאו לו ארבעים יום כי כן ימלאו ימי החנטים Et bal-„ famarunt ipſum Iſraël, &„ completi ſunt ei quadraginta dies, quia ſic complentur dies balſamatorum. Nec diverſum abit Chaldaeorum paraphraſis, ſi tamen quod fas, oraculo inſuper habito, venerari interpretes. Quis fucum Joſepho, quis Moſi, qui omnes Aegyptiorum artes habuére perſpectas, fucum potuiſſe fieri credat? Cautior certè Scaliger: Quae ad nos„ Exer-
mumia defertur ex Aegypto,„ cit.
non ex aloë & myrrha con-„ 104.
dimentum eſt corporum, ſed„ ſect.
ex aſphalto. Illis enim utun-„ 9.
tur Nobiles, quorum effode-„
re cor-

„re corpora capitale eſt. quanquam illum poenae rigorem, dudum eſt, quod auro perfregimus. Haec dum ſciendi cupidine mecum perpendo: evenit ut publico nomine Vratislaviam miſſus, quoties id per negotia liceret, inter amicos, quos ibi inſignes nactus, diverſis de rebus conſultarem. Ibi poſt fortuitos ſermones, dum ne quidem amoenioribus abſtinemus, Lerchius noſter de Jacobo Cruſio Pharmacopoeo honoratè diſſerere: hominem
»animo ultra fortunas, non o-
»mni rariorum modo merci-
»um copia; ſubſidio medici-
»nae domum impleſſe, hortos
»quoque decori adjeciſſe, in
quo-

quorum pergulis, quod us-„ quam in Urbe ſpectari & placere queat, viſatur haud perinde picturas, imagines, atque aquarum meatûs delectamēta eſſe, ſolita paſſim: quam„ animantium exuvias & avecta Cairo mortalium aliquot funera. Movit animum hoc indicio: non quod penitùs ignota mihi Cruſii exquiſitiſſima ſuppellex. Annus etenim fermè abierat, ex quô deducentibus Viris Nobilisſimis Amplisſimisque Hoffmanno atque Burkardo, opes haſce oculis arbitratus, comemque Viri Optimi benevolentiam miratus fueram. Sed tum aliis intentus, transmiſeram curatiùs luſtrare ca-

daver, quod tum unicum obiter animadverti. Nec mora: quin instarem suaderet Crusio, pateretur aliquod ex hisce corpus vinculis exsolvi, inspicique fomenta atque differtum medicamine truncum. Neque adversatus ille, sequenti die pertentavit mentem Nobilissimi Burkardi, quo idem concupisceret, qui Crusium fortè pro foribus Curiae vocatum allocutus, facilem habuit & plura quam petebatur offerentem. Itaque stato die VII. Id. Decembr. A. CIↃ IↃC LVIII. serenâ luce, ubi primum facultas data fuit, negotium adorsi, Viris coràm autoritate doctrinaque eximiis: ac primùm

mûm juvenile corpus experiri libuit. Munitum id operimento è creta, gypſo, argillave, tot per annorum lapſus contra aëris injuriam, atque attrectantium manûs maximam partem valituro. Nec dum omnis pigmentis exciderat color, quibus, more gentis, mentum infra pectus atque ventrem ornaverant. Hoc ubi ſublatum: patuit multiplex faſciarum è lino congeries, funiculis è cannabe adſtricta. Color iis, qui telae, quam nec dum Sol ad albedinem excoxit: ſive non ea priſcis perities, ſeu temerari noluére nativam ſpeciem linteorum, queîs tantum amiciuntur ſepulcro deſtina-

 ti: an

ti: an potius longa dies imminuit nitorem panniculorum, quos membra ſuper exterius gypſi munimentum arctè compreſſit. Ungventis ne imputes, id obſtat: quod (niſi carnes quam proximè) nihil ubique mage ſaturum pallidumve dignoſcas, ſecus quam fieri aſſolet, quoties ſubpingvior humor veſtem pervadit. Fragranti tamen liquore imbuta fuiſſe haecce ſtragula, vix iverim inficias, craſſioris ungventi nihil deprehenſum. Ut vincula ſcidimus, licuit evolvere faſcias, queis omne corpus circumdatum. Diſpar iis longitudo, quae vel cubitos aliquando tres aequaret, utplurimum

intra ſecundum deficeret, latae digitos quinque quatuorve. Has ipſas aliae tenuiores, vix digitum latae quaſi firmabant, atque aliquando decuſſatim cingebant. Utrasque ſtamen juxta diruptas potiùs, quam forfice ferrove ſciſſas diceres. Textura vix noſtris pectinibus inferior; filum quod medii generis appellamus. Reſtitit, dum experiundi ergò lacerare conor, ſtamen: facile ſubtegmen ceſſit. Jam vicies fermè ſibi incumbentes faſciae corpori detractae: cum linteum ſeſe prodere integrum, collo tenus ad plantas usque demiſſum. Tum plurimi credere, taeniarum nihil ſuperare, atque

hoc tegmine amoto, ipſum Cadaver fore ſpectaculo. Idipſum docuerat olim Chifletius: qui dum funeralem Servatoris amictum expendit, „haec de Mumiis: Syndone „primùm byſſina ab ima cer„vice usque ad pedes, corpus „integrum involutum eſt, & „loris inciſis circumligatum: quae tamen ob gummi denſiùs illitum non apparent. Lazarum ita compoſitum depingit; ipſumque paulò poſt ſalutis noſtrae Reſtauratorem. Contra ſemovit omne linteum à cadavere Celeberrimus aevi noſtri Scriptor, qui faſcias, & has tantum agnovit; qui poſtquam prolixè hac ipſa de re diſſeruit, tandem:

dem: Cum dicit (Joannes nempe Evangelista cap. XI, 44.) *pedes & manus ligatas in-„ stitis sive fasciis habuisse*, de„ toto corpore intellexit. Nam„ in mortuis pollingendis ma-„ nus demissas & ad latera jun-„ ctas, simul cum ipso corpore,„ & ad corpus ipsum colliga-„ bant. ita ligatae manus penè„ ad genua ipsa descendebant.„ Inde & crura & pedes simili-„ bus fasciis ligari consueve-„ runt. Constat hic planè sibi„ Johannes in more Judaeo-„ rum sepeliendi, tam in Chri-„ sto quam in Lazaro. In La-„ zaro κειρίας vocat, quibus„ totum corpus vinciebatur,„ in Christo ὀθόνια. In utro-„ que utitur verbo δῆσαι. De„

„Lazaro, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ
τὰς χεῖρας κειρίαις. De Christo,
„ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις. In Lazaro
„σουδάριον appellat, quo facies
„erat circumligata, id est, to-
„tum caput cum facie vela-
„tum. In Christo dicit, id σου-
„δάριον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ fu-
„isse. Quid igitur, cum haec
„tam clara sunt, sibi voluére
„reliqui Evangelistae, qui σιν-
„δόνα vocant, qua Jesu corpus
„pollinctum fuit? sic enim &
„Matthaeus de Josepho ab A-
„rimathaea, & ἐνετύλιξεν αὐτὸ
„σινδόνι καθαρᾷ. An fasciis liga-
„tum corpus deinde & sindo-
„ne grandi involvebatur? Sa-
„nè Athanasius in homilia in S.
„Parasceven, σινδόνα & ὀθόνια &
„σουδάριον quasi diversa nomi-
nat:

nat: ἴδωμεν πῶς δωροφοροῦντα τὸν „
Ἰωσὴφ, καὶ τὸν Νικόδημον συντρέ-
χοντα, σινδόνι καθαρᾷ καὶ ἐθονίοις „
καὶ σουδαρίῳ περιειλίσσοντας τὸν „
τοῦ παντὸς κύριον. Ecce *sindonem* „
vocat & ἐθόνια, & *sudarium*, „
quibus omnibus simul cir- „
cumligatus dominus. Hoc „
posset ita factum videri, nisi „
Johannes repugnaret, qui so „
la ἐθόνια nominavit, nec σινδό- „
νος meminit. At Matthaeus, „
Marcus & Lucas σινδόνα ap- „
pellant. Sanè Marcus emtam „
Josepho sindonem dicit, & eá „
involutum Jesum: καὶ ἀγοράσ- „
σας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνεί- „
λισε τῇ σινδόνι. At nequaquam „
haec congruere Aegyptiis in- „
stitutis, res tum ostendit; „
quippe subducto hoc quod „
B 5 dixi

dixi velo, aliae iterum fasciarum ambages denso glomeramine compactae: denuò velum: iterum institae funesque prioribus haud absimiles. Animadvertit, qui paucis post diebus funeri recondendo adfuit, taeniis invicem sibi plus centies superimpositis involucrum hoc constitisse: recurritque menti, Celeberrimum Agricolam, dum multiplices hosce nexus arbitraretur; aut Pharii Regis, aut Sacerdotis sobolem tàm operosè tegi, exclamasse. Vix horae intervallo hoc labore functis, corpus aliis longè nexibus praepeditum usurpari licuit. Tenues quippe fimbriae, & quae vix ad unicae

trien-

trientem latitudine contingerent, obliquis ductibus, sibimet crucis ad instar incumbentes, brachia atque pedes arctiùs, laxiùs paulò pectus atque terga continebant, nec hisce semotis mora, quin concidére in pulverem fermè, quicquid infra umbilicum ad pubem usque. sufflavus is, & nihil bitumini, ne odore quidem similis. Patuére costaè, quas nothas dicimus; patuére vertebrae inferiores solutae nexibus: ossa dein tibiarum suprema sui parte nuda: thorax contra & quicquid alvi ad umbilicum, pecten, femora, & crura restitére, pedum verò quamvis à malleolis solutorum, muscu-

li tamen atque ungves duravére. Hic demùm patuit, non, quod creditum antiquis, viſcera per obliquum lateris extracta, ſed incisâ lineâ, quam vocant albam, educta quippe haud procul infra ſternum hiabat, & ultra umbilicum vulnus rectum, oblongum, ſtrophiis, balſamo quondam, aut non abſimili liquore arcendae putredini imbutis obſtipatum, tectumve: qualia etiam pedibus addiderant, qua coëunt tibia atque fibula. Ipſum hunc corporis aperiundi modum, firmare mihi videtur, praevio Johanne Nardio, Kircherus, qui dum picturam veterem lectori exhibet: Quod

Theat. Hierog. Synt. XVIII. c. 2.

Quod verò, inquit, in tabula„ V. figura II. ſchema exprimi-„ tur, id modum rationemque„ corporum tum ſecandorum„ tum con..endorum, quo ty-„ po nonnulla medicata cor-„ pora inſigniri ſolebāt, docet.„ Sunt autem hîc linteus pecto-„ ris amictus, variis coloribus„ diſtinctus, quem in una è ſuis„ Mumiis ſpectari ſcribit ſaepè„ laudatus Johannes Nardius. Exhibet id ſchema reſupinum cadaver menſae impoſitum: adſtant à capite atque ad dextrum latus pollinctores gemini: quorum prior cultelli cuſpide, mucroni cartilaginis enſiformis imminet, ac locum vulneri imprimendo deſignare, alvum alter diſ-

ſindere videtur. Haec ubi curatè animadverſa, mirati ſumus ſub mediâ pedis dextri plantâ florem, ſive is loti, ut cenſebat Amicus, ſive ut aliis videbatur, betonicae ſive coepe, quod genus bulbi ſacrum Aegypto, conſtat. Sane foliis propè ſcapum latiuſculis, tenuioribus ad acumen, lupuli aut cardui ſativi, ſed nec dum maturi inſtar, exactè clauſis. Intenti tarſo cruris ſequioris, nihil tale inditum deprehendimus. at certe ſub utroque latere, ad ipſos lumbos, palmae folium adeò integrum firmumque, ut nî nitidus viror in pallorem deficeret, heſterno manè ramo decerptum putes. propè in-

gven

gven reperta virgula lignea, ſed quae auricularem digitum hominis adulti vix aequaret: quin & in brachiis aliquid diverſi viſum: cubito ad hypochondria deducto decuſſata, & tegendis pectoribus compoſita: ſic tamen, ut utraque manus mentum proximè pertingeret, & laeva quidem in pugnum compreſſa, explicatis altera digitis. Indicium fuit, aliquid arcani laeva clauſum: nihil tamen reperére pertentantes. Haud iisdem velis, ſed aliis longè caput tegebatur: tela diſpar, filo mage craſſo, atque omnimodè diverſa ab iis, queîs munitum corpus. Ideò majore ſtudio exploratum, quod nō

uni perſuaſerat quondam Chibleticis, lintos totam ſuperiorem corporis jacentis partem à capite ad pedes obtegi, & id rectè dici poſſe ſudarium capitis aut faciei. Reſciſſis & hiſce pannis, vultus prodiit novo bituminis tectorio coopertus: quod faciem penes inſtar vitri, ovorum albumen excoctum colore mentiebatur, quale quid Lugduni quondam Batavorum ſibi compertum teſtati, dum frontem atque oculos cadaveris Aegyptiaci ſcrutantur diſſecandorum ex arte corporum publici Doctores. At Caput ut patuit: omnes altior cupido ſpectandi invaſit: quippe nihil hîc non dignum noſci.



noſci. Sepſerant capillos reticulo è byſſo rariore; crinis niger, criſpus, nardo pinguis, haud facile potis evelli, brevior

vior tamen, & qui non digiti dimidium excederet. Frons modica: ſuperciliorum atque ciliorum reliquiae manifeſtae: oculi prominentes: naſus depreſſior: nares goſſipio ac eodem unguine obturati, queîs thorax atque venter: os verò immane quantum hiabât: namque diductis, qua licuit, labiis omnia pulveribus odoris farta: dentium integra ſeries: triginta atque duo numerare licuit, caeterum adeò nitidos, candore & ſpecie eximios, exiguos dein, ut idem hic, quod „de Zenobiâ Irebellius Pallio „affirmares, margaritas eam „plerique putabant habere nō „dentes. Aurium intertrimenta nul-

ta nulla: genae ne collapſae quidem: caeterum facies tota piſſasphalto ſolidata. Atqui is nobis finis ſcrutādi erga corporis ſuperficiem, penitiora introſpicere avidis. Jam ante monui, cōcidiſſe lumborum vertebras; per caeteram dorſi ſpinam, collumque, medullâ detractâ baculum è palmae ramo in cranium adegerant: quo commoto moveri ipſum caput, ſublato, caput ab atlante procul vi omni ſeparari: ſimili ſed breviore ligno haerebant invicem vertebra fulciens atque os ſacrum exſudabat, ſi premeres, bacilli poſterioris poros, pingvis humor: ipſe totus niger & principio ungventis immer-

mersus alvi. Haud perinde haec tenuére spectantium vultûs, ac cartilagines vertebrarum ossibus exsolutae, superstites tamen, molles, integrae, lunatae, & cassiae nigrae, cujus in Aegypto frequens proventus, fragrantiam spirantes. Nihil praetereà, praeter contusum myrrhae atque aromatis odorem, deprehensum: inter deciduos alvi pulveres aliquid flori macis perquam simile animadverti: simile inquam, hanc enim nucem vel flores ea tempestate Nili accolas, peregrinae mercis & populi utplurimùm abstemios, habuisse inter cognita, vix adducor ut credam. Pectus vacuum, nul-

nullo, quae plurimùm aliàs comperta, idolo gravidum. Tum verſi ad caput, vacuum illud omni cerebro ſpectatum, ſed quod non per nares, quod olim credebatur, verum per foramen propè atlantem vertebram maximum expurgaverant. interior cranii ſuperficies denſi bitumine oblita: utque in corpore nihil aſphalti, ita nihil in capite odorum, ſed meram hancce picem, narium atque oris & capillorum pollincturam ubi demſeris, animadverrimus: id quod ad prunas ignesque, quò certior rei fides, inſuper explorare libuit, diſpar etiã faciei atque membrorum color: haec quippe
ſuffla-

ſufflavâ fuſcedine deformata, at vultu nihil atrum magè conſpicias. Poſtremò, ne quid intactum curioſis, quicquid faucibus abditum, excuſſimus, repertumque inter ungventa complicatum puriſſimo ex auro folium, crenis inſigne, ac mirandae tenuitatis: utque pondo exegimus, non niſi decem, ut vocant, granorum. Caeterùm, ut hoc inſuper addam, viſa aeſtimantibus major capitis moles, quam pro caeterarum partium teneritudine: fueréque qui Aegyptios capitones cenſerent, quos inter luſtrato regno, & rei medicae peritia celeberrimus Agricola: mihi verò obverſari ſententia Kircheri, qui

expe-

experientiâ diuturnâ innotu- Tom. III. Synt. XVIII. c. III.
isse asserit: Mumiarum con-
strictiva asphalti vi, quae vel
ipsa ossa pervadit, corpora
successu temporum ita con-"
trahi, tantumque à naturali"
statu dimoveri, ut quae in vi-"
ta justae staturae hominem"
referrent, jam pueros referre"
videantur: quod experimen-"
to in multis Mumiarum partibus, scilicet manuum, pedum, capitis, quarum magna in Pharmacopoliis Romanis copia est, quas summo studio dimensus, cum vivi corporis proportione comparavit. Eadem mens Petri de Valle, cujus ex itinerario fragmentum alio loco ejusdem operis legas: Jo diffacendo il corpo

„della donzella, non trovai al-
tro, che grandisſima quanti-
"ta di faſce è di bitume, nel che
"conſiſte tutto il maſſiccio
»dell' involtoglio : perche li
„oſſi con la carne ſon talmen-
„te ſecchi, abtrucciati, & im-
piccioliti, che ſon ridotti a-
"punto come ſtecchi : da che
"comprendo, che quel bitu-
»me ſia molto potente. Ad-
„dam latina, quae gratiora ſpe-
„ro his, qui idiomatis Itali ex-
pertes: Cum diſſolverem cor-
"pus puellae, nihil aliud repe-
"ri, niſi maximam faſciarum
»atque bituminis copiam, è
„queîs conſtat tota moles in-
„volucri : oſſa etenim unà
cum carne adeò ſicca, exuſta
"atque diminuta ſunt, ut exa-
muſ-

muſſim videantur ad ſpina-„
rum figuram redacta : inde„
deprehendo, id bitumen eſſe
efficaciae ingentis. Judicent
quibus majus otium atque
Mumiarum copia. Ego ut
cartilagines, teneriora oſſi-
um, proceſſus etiam, ſternum
& hiſce haud abſimiles artu-
um compagines contrahi at-
que reſtringi, non ierim inſi-
cias : ſic femora, cubitosque
atque utriusque humeri par-
tes, manus etiam nihil juſto
minores, aliquoties oculis
uſurpavi : idque corpus, quod
inter manus verſabatur, ne
nimium puerile crederem,
dentium numerus integer
adegit : cum vel ſeptennio
majores vix quatuor & vigin-
C ti pro-

ti protrudant. Sexus indicia, nam & hoc addere debui, quamvis obſcura: fœmellam tamen agnovimus. quia fors juvabit & pondus ſcire atque proceritatem totius cadaveris, etiam hoc memorabimus. Corpus tabulae incumbens lorisque adſtrictum pondo xv. qualia Vratislaviae publicis ſanctionibus atque majorum decretis finita, pependit: Cadaver ligno ſolutum; pondo X. atque ſemis. Faſciae ſepulcrales cum cruſtis exterioribus, pondo IV. atque ſemis: tabula pondo V. Corporis integra proceritas pedum trium unciarum VIII. brachii longitudo usque ad carpum, ped. 1, unc. 11, ac ſe-

mis:

mis: usque ad manus extremas, pedis unius, unciarum VII. atque ſemis: faciei ab initio frontis ad extrema menti usque, ſed, quod ante monui, diducti, unciarum VI. cum ſemiſſe. Haec ubi cognita: Mumiae alterius primùm adorti caput, vidimus id depile, oculis orbum, nam dudum ante linteis erutum id cadaver atque publicè oſtentatum fuerat. Nihil hîc conſpicui praeter piſſasphaltum: dens unus ex inſciſoriis aberat, caeteri firmi, labia dilapſa: os compreſſum: occiput poſtquam ſerrâ diſſectum, patuit cranium, cerebri inane, bitumine verò denſo, vaſculi inſtar picatum: ta-

bulata capitis firma, & quod mirére, inter utriusque superficiei pollincturam nullum candoris intertrimentum passa. Corpus nitidum: brachia lacertosa, sternum propter sibi incumbentia. Cernebatur ex argilla subviridi Isidis imaguncula, quam fasciis olim, non pectori erutam memorabant. Umbilicum supra foramen rotundum, per quod intestina fuisse cum visceribus educta, rationi haud absonum. habitus membrorum atque status qualis integrae aetatis viro. foemorum pars una cum pedibus dudũ recisa. Omnia verò asphalto tantum servata: insigni documento, fortius id arcendae tabi, cum

is o-

is odorum aggestus, quem ante narravi, tot inter involucra, non omnia corporis integra praestiterit. Spectabatur haec praeter cadavera, tertium insuper integrum, hominis adulti, amictu funebri, ac sacris Aegyptiorum notis insigne, quod intactum & aliorum curiositati praetermisimus: ac minus civile visum, abuti Hospitis optimi facilitate, omnemque illius invadere Mumiarum apparatum: cum (quod potissimum nobis) jam manifestis indiciis constaret, haud eadem arte aut medicaminis vi functos in universum asservatos, nec minimum praesidii tot velamentis supra bitumine ac-

cretâ obſtructis imputandum. Per quot ſeculorum decurs⁹ cadavera haec duraverint, nemo puto mortalium examuſſim tradere poterit. Eruditisſimi Kircheri mens: Cambyſis in Aegyptum irruptione, ubi omnes ritus & ceremoniae veterum Sacerdotum unà abolitae fuerint, ita hieroglyphicae quoque literaturae uſum periiſſe. Poſt aliqua ſubjungit: Cum itaque Hieroglyphica literatura „eo tempore eſſe deſierit, Mumiae verò quaſi omnes hieroglyphicis inſcriptionibus „refertae ſint: conſequens eſt, „eas ante dicta tempora praeparatas, & intra dicta loca „conditas fuiſſe, non verò po-

ſteris

ſteris temporibus, lege Perſa-„ rum Graecorumque, ne ſimi-„ lia fierent, obſtante, Aegy-„ ptiisque jam tum alienarum„ gentium moribus imbutis:„ tametſi patria traditio in eo-„ rum mentibus tantas radices„ fixerit, ut Deorum à veteri-„ bus traditum cultum, vel us-„ que ad Romanorum Caeſa-„ rum tempora nunquam di-„ miſerint, uti ex hiſtoriis alibi„ traditis patet. Haec ut neque„ omnia refellere fas eſt: ita cur minùs omnibus acce-dam, expendentis potiùs quam cenſentis more expli-cabo. Ut ſaeviente in Aegy-ptum Cambyſe omnia ſacro-rum verſa, non tamen peni-tùs abolita concefferim: ita

posteris temporibus leges Persarum atque Graecorum obstitisse, quo minus ungvento imbueretur cadaver, haud dum persuadeor. illud Diodorus monet, qui Biblioth. l. 1. c. 44. Πέρσας δ' ἡγήσασθαι, Καμβύσου τοῦ βασιλέως τοῖς ὅπλοις καταστρεψαμένου τὸ ἔθνος, πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτεσι σὺν ταῖς τῶν αἰγυπτίων ἀποστάσεσιν, ἃς ἐποιήσαντο φέρειν οὐ δυνάμενοι τὴν τραχύτητα τῆς δυναστείας, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἐγχωρίους θεοὺς „ἀσέβειαν. Persae rerũ summam, „gente (Aegyptiâ) armis à „Cambyse subactâ tenuerunt „CXXXV annis, computatis si„mul Aegyptiorum defectio„nibus, quibus causam dedit „non toleranda Praefectorum asperitas, & impietas in Deos

ipso-

ipsorum gentiles. Scilicet insurrexére in ritus Aegyptiorum Persae: aspernantium tam cruda imperia, excussis ob id ipsum dignitate atque potentia Magistratibus, interea Sacerdotes cultui Deorum, arcanum atque secretas species tum circumdedisse quis dubitet: qui sparsas dein non per orbem modo terrarum occultas hasce superstitiones, sed & tanto post annorum numero in urbe Domina agnoscit:

Nos in sacra tuam Romana recepimus Isim,
Semideosque canes, & sistra moventia luctûs:
Et quem tu plangens hominem testaris Osirim:

Id Poëta quidem, historiarum scriptori tamen propior, suetus Romani moris atque ceremoniarum, utpote Consul, & cui notitia rerum haud vulgaris. Affirmat Apim lugubrè mugisse, redactâ ab Augusto in provinciam Aegypto, Dio lib. LI. καὶ ὁ Ἄπις ὀλοφυρτικόν τι ἐμυκήσατο καὶ κατεδάκρυσε, quamquam quis neget, tot monumentis passim obvia. Adde circumcisum, teste Josepho, Apionem & ex vulnere defunctum l. 2. cont. Apion. Ἐκεῖνοι (de Sacerdotibus Aegypti loquitur Judæus ille Scriptor) τοίνυν ἅπαντες καὶ περιτέμνονται, καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρωμάτων. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων αἰγυπτίων οὐδὲ εἷς συνθύει

τοῖς

τοῖς θεοῖς ἄρ' οὖν τυφλὸς ἦν τὸν νοῦν Ἀπίων ὑπὲρ αἰγυπτίων ἡμᾶς λοιδορεῖν συνθέμενος, ἐκείνων δὲ κατηγορῶν, οἵγε μὴ μόνον χρῶνται τοῖς ὑπὸ τούτου λοιδορουμένοις ἔθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι καθάπερ εἴρηκεν Ηρόδοτος. ὅθεν εἰκότως μοι δοκεῖ τῆς εἰς τοῖς πατρίοις αὐτοῦ νόμοις βλασφημίας, δοῦναι, δίκην Ἀπίων τὸν πρέπουσαν. περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης. καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δειναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν. Vertit Gelenius : Hi ta„ men circumciduntur omnes,„ & à porcinis abstinent carni-„ bus. Sed neque ullus alter„ Aegyptiorum, cum eis Diis„ sacrificare dignoscitur. Cæ-„

 cus

„cus igitur fuit Apion, quan-
„do pro Aegyptiis noſtras de-
„tractiones componens, illos
„videtur potiùs accuſare, qui
„non ſolùm utuntur ſolenni-
„tatibus, quas in nobis culpat
„iſte; ſed etiam alios circum-
„cidi docent, ſiciti dixit Hero-
„dotus. Unde rectè mihi vide-
„tur Apion propter patriae
„ſuae leges poenas dediſſe bla-
„ſphemiae. Etenim neceſſa-
„riò, circa genitalia vulnera ei
„facta nihil profuerunt, & pu-
„trefactis, in magnis doloribus
„expiravit. Adjice quae fo-
vendae ſuperſtitioni certami-
Juve- na exarſiſſe ſe vivo celebris
nal. Sat. ſatyrarum conditor enarrat.
XV. Praetereo lubens Apollonii
Leonem atque Madaurenſes

cir-

circuitûs. Sed & Tacitus Ann. II. Germanici aevo & Sacerdotem & literarum interpretem assignat: manebant stru- „ ctis molibus literae Aegy- „ ptiae, priorem opulentiam „ complexae, jussusque è Seni- „ oribus Sacerdotum patrium „ sermonem interpretari, refe- „ rebat &c. Eodem teste, Hist. „ IV. Ex plebe Alexandrina „ quidam oculorum tabe no- „ tus genua Vespasiani advol- „ vitur, remedium coecitatis „ exposcens monitu Serapis, „ Dei, quem dedita superstitio- „ nibus gens ante alios colit. Adde Plutarchum, qui scripto amoenae eruditionis de Iside atque Osiride superstitiones has tum verè supersti-

res fuiſſe exponit. Haesére itaque ſacrorum mores in Aegypto,& fines gentis egreſſi exterorum inſtituta corrupére. Haeſiſſe primùm literarum ſacrarum uſum paucos inter, atque tandem deſiiſſe, cum Kirchero credo: ita tamen, ut quaedam myſteriorum emanarent, & ad Graecos, quod è Plutarcho, & ad noſtros, quod è Clemente patet. At, quod caput rei, morem cadaverum aſſervandorum, ipſis Perſarum inſtitutis congruum, Herodotus teſtis: qui lib. I. καταϰηρώσαντες δὴ ὦν τὸν νέκυω Πέρσαι γῆ κρύπτουσι. „Perſae mortuum cerâ cir„cumlinentes in terram con„dunt. Idem affirmat princeps

apud

apud Romanos Orator Tu-„
scul. 1. Persae etiam cerâ cir-„
cumlitos (mortuos) cōdiunt,„
ut quam maximè permane-„
ant diuturna corpora. Ale- lib. X. cap. 1.
xander, si Curtium audimus,
Cyri sepulcrum jussit aperiri,"
in quo erat conditum ejus"
corpus, cui dare volebat in-"
ferias: auro argentoque re-"
pletum esse crediderat, quip-"
pe ita fama Persae vulgave-"
rant: sed praeter clypeum e-"
jus putrem, & arcus duos"
Schyticos, & acinacem, nihil"
reperit. Caeterûm coronâ au-"
reâ impositâ, amiculo, cui in-"
sueverat ipse, solium, in quo"
corpus jacebat, velârant. Tu-"
muli inscriptionem dat Plu-
tarchus, atque hanc Alexan-
dri

dri jussu è Patrio in Graecum idioma hunc ad modum versam: ὮΩ ἌΝΘΡΩΠΕ, ὍΣΤΙΣ ἘΙ, ΚΑῚ ΠΌΘΕΝ ἭΚΕΙΣ, ὍΤΙ ΜῈΝ ΓᾺΡ ἭΞΕΙΣ, ΟἸΔΑ: ἘΓῺ ΚΎΡΟΣ ἘΙΜῚ, Ὁ ΠΈΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΆΜΕΝΟΣ ΤῊΝ ἈΡΧΉΝ. ΜῊ ΟὖΝ ΤῆΣ ὈΛΊΓΗΣ ΤΑΎΤΗΣ ΓῆΣ ΦΘΟΝΉΣΗΣ, Ἣ ΤΟΥΜῸΝ ΣΩ͂ΜΑ ΠΕΡΙΚΑΛΎΠΤΕΙ. Sive ut latinè
„loquimur: quisquis es, ô ho-
„mo, & undecunque venisti:
„nam venturum ego novi:
„Cyrus sum, qui Persis imperi-
„um quaesivi: ne invideas mi-
„hi, oro te, exiguam hanc ter-
„ram, quae meum corpus tegit. Censeas Graecorum id *σῶμα* non corpus ipsum, sed ambiguo dicendi genere, vel cine-

cineres vel ambusta ossium
signare. At contra tendit Xe-
nophon, apud quem Cyrus : lib. IIX
Τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες ὅταν τε- Cyro-
λευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε, μήτε pæd.
ἐν ἀργυρῷ, μὴ δὲ ἐν ἄλλῳ μηδενὶ,
ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε. τὶ
γὰρ τούτου μακαριώτατον, τοῦ γῇ
μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλὰ,
πάντα δὲ τ' ἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέ-
φει. Meum corpus, ô carissi- „
mi filii, neque in auro condi-
te neque in argento, neque „
in aliâ re prorsus ullâ, sed il- „
lud terrae reddite quampri- „
mùm. quid enim hac re bea- „
tiùs, quam terrae misceri, „
quae pulcra & bona omnia „
gignit atque nutrit. Subscri- Cic. 2.
psit Magnus Orator : At mihi d. leg.
quidem antiquissimum se- „
pul-

„pulturae genus id videtur, „quo apud Xenophontem Cy- „rus utitur. Redditur enim ter- „rae corpus, & ita locatum & „ſitum quaſi operimento ma- „tris obducitur, eodemque ri- „tu in eo ſepulcro, quo procul „ad fontis aras Regem no- „ſtrum Numam conditum ac- „cepimus, gentemque Corne- „liam usque ad memoriam „noſtram hâc ſepultura ſci- „mus eſſe uſam. Atqui Numae Pompilii arcam funebrem octonos fermè pedes longam, quaternos latam, indicio integrum corpus olim inditum, Livius docet. Alexandrum Macedonem ortu, ſed tum Perſam, & ſubacti domitorem Orientis, idem honos exce-

excepit: Aegyptii Chaldeique Curt. l. X. cap. X.
jussi corpus suo more curare,
primò non sunt ausi admove-,,
re velut spiranti manus; de-,,
inde precati, ut jus fasque es-,,
set mortalibꝰ attrectare eum,,,
purgavére corpus, repletum-,,
que est odoribus; utut mel,,
tantum agnoscat Papinius,
Sylv. III. 2.

Duc & ad Aemathios manes ubi belliger Orbis.
Conditor Hyblaeo perfusus nectare durat.

Per secula aliquot id posteris spectaculis prostitit. Vidit hoc Julius, qui

—nulla captus dulcedine rerum
Non auro cultuque Deûm, non moenibus urbis
Effos-

Effossum tumulo cupidè descendit in antrum.
Illic Pellaei proles vesana Philippi
Felix praedo jacet.

Dio. l. LI. Vidit Augustus: καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μὲν τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα εἶδε, καὶ αὐτοῦ καὶ προσήψατο, ὥς τέ τι τῆς ῥινὸς, ὥς φάσι, θραυσθῆναι. Dein corpus Alexandri inspexit, idque attrectavit, ita ut nasi quoque, ita enim fertur, particulam aliquam fregerit: Vidére alii: donec curiosos inhibuit Severus Imperator, Dio. in Severo. qui τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημεῖον συνέκλεισεν, ἵνα μηδεὶς ἔτι τὸ σῶμα τούτου ἴδῃ. clausit monumentum Alexandri, ne quisquam corpus ejus videret inposterum. Is demum codices mysta-

ſtarum ſacros abolere conatus καὶ τοῦτο (ſic Dio.) τά τε βιβλία πάντα τὰ ἀπόῤῥητόν τι ἔχοντα, ὅσα καὶ εὑρεῖν ἠδυνήθη, ἐκ πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν ἀδύτων ἀνεῖλε. Libros omnes in quibus arcana» continentur, quotquot po» tuerunt inveniri, (ecquis er» gò adhuc tum exſtitiſſe ne» get) fermè ex omnibus adytis» ſuſtulit. Mitto Perſas. Grae» corum quidem cadavera abſumſit rogus: ſed nec ab origine is mos:

'Ου καλὸν ἁρμονίην ἀναλύομεν ἀνθρώποιο, Phocyl.
καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν,
λείψαν' ἀποιχομένων, ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.

Non pulchram harmoniam,, homi-

„hominis diſſolvimus: ſed enim ſubito è terra ſperamus „in lucem venturas reliquias „defunctorum, qui poſtea Dii „fient. Et Graecorum praeluſtres Spartani, exoſi mollitiem ac luxus, id honoris Ageſipoli Regi ſuo dedére: ἐκεῖνος μὲν ἐν μέλιτι τεθεὶς, καὶ κομισθεὶς οἴκαδε, ἐτύχετο βασιλικῆς ταφῆς: Melle inunctus do„mum refertur, ac regiam ſe„pulturam conſequitur. Da„tum Ageſilao, καὶ τὸ σῶματος ἐν μέλιτι κομισθέντος εἰς τὴν Σπάρτην: Corpus in melle delatum „Spartam. At cerae tantum „memor Plutarchus: οἱ παρόντες Σπαρτιᾶται κηρὸν ἐπιτήξαντες τῷ „νεκρῷ, μέλιτος οὐ παρόντος, ἀπῆγον εἰς Λακεδαίμονα: Comites Spar-

Xeno-phon. hiſt. Graec. LIV.

Dio-dor. XV.

in Ageſil.

Spartiatae, ceram infunden-„
tes mortuo, cum mel non ha-„
berent, Lacedæmonem retu-„
lerunt. Idem Aemilius: Ami-„
ci, quò Spartam cum faciliùs„
perferre possent, quod mel,„
non haberent, ceras circum-„
fuderunt, atque in domum„
retulerunt. Qui ergò apud„
Graecos Aegypto invidiae,„
quod ipsis non insolitum.„
Sed expeditis praestat agere:„
Non cremata Ptolemaeo-„
rum cadavera evincit Dio:
τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, καίτοι
τῶν Ἀλεξανδρέων σπουδῇ βουλη-„ in Octav.
θέντων αὐτῷ δεῖξαι, οὐκ ἐθεάσατο,„
εἰπὼν ὅτι βασιλέα, ἀλλ᾽ οὐ νεκροὺς„
ἰδεῖν ἐπεθύμησα. Ptolemaeo-„
rum corpora quanquam ea„
ostendere Alexandrini enixè„
vole-„

„volebat, non ſpectavit, Re-
„gem ſe, non mortuos, voluiſ-
„ſe videre dicens. Non crema-
tum cadaver Antonii, ſed o-
doribus atque ungventis de-
Dio. l. 51. libutum. ἐκεῖνοι συμμίξαντες τῇ
Κλεοπάτρᾳ καὶ μέτριά τινα δια-
λεχθέντες, ἔπειτ' ἐξαίφνης συνήρ-
πασαν αὐτὴν, πρίν τι ὁμολογηθῆ-
ναι, καὶ τούτων ἐκ ποδῶν πάντα,
ἀφ' ὧν ἀποθανεῖν ἐδύνατο, ποιησά-
μενοι, ἡμέρας μέν τινας κατὰ χώ-
ραν αὐτῇ τὸ τοῦ Ἀντωνίου σῶμα τα-
ριχευούσῃ διατρίψαι ἐπέτρεψαν:
ἔπειτα δὲ ἐς τὰ βασίλεια αὐτὴν
„ἤγαγον. Hi (Cajus, Proculejus
& Epaphroditus) cum Cleo-
„patra congreſſi tolerabilibus
„ei conditionibus propoſitis,
„ſubitò eam, priusquam aſſen-
„tiretur, corripuére, remotis-
que

que omnibus iis rebus, quae ad mortem consciscendam facerent, & aliquot diebus ei, ibi ut commoraretur, dum Antonii cadaver condiret, concessis, deinde in Regiam adduxerunt. Non rogis illata Cleopatra: Ἀντώνιος (sic iterum Dio) μὲν δὴ καὶ Κλεοπάτρα, l. 51. πολλῶν μὲν τοῖς αἰγυπτίοις πολλῶν δὲ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις κακῶν αἴτιοι γενόμενοι, οὕτω τε ἐπολέμησαν, καὶ οὕτως ἐτελεύτησαν, ἔν τε τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν, κἀν τῇ αὐτῇ θήκῃ ἐτάφησαν. Ita Antonius & Cleopatra multorum ma-" lorum & Aegyptiis & Roma-" nis autores & bellum gesse-" runt, & mortem oppetierunt," & iisdem curati corporum" condimentis, in eadem arca"

Tuscul. l. 1. sepulti sunt. Factitatum id ae- "tate Ciceronis: condiunt, sic "ille, Aegyptii mortuos, & eos "domi servant. Taciti: corpo-

Hist. V. "ra condere (sive condire) "quam cremare, è more Ae- "gyptio: quanquam hac cum Aegyptiis comparatione, brevi mihi Judaeos absolvere decretum. Pomponii;

l. 1. c. 9. Mortuos nec cremare nec "fodere fas putant, verùm arte "medicatos intra penetralia "collocant: Plinii: Primus su-

l. 16. c. 11. "dor (è taedâ) aquae modo fluit in canali: hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis est, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo

l. 3. c. 24. perfusa servētur. Sexti Philosophi: Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἐν περιέξε-

λεν

λόντες, ταριχεύουσιν τοὺς ἀποθανόντας. Aegyptii inteſtina extrahentes condiunt defunctos. Luciani: Ταριχεύει δὲ ὁ De lu-
Αἰγύπτιος, οὗτος μέντοι, λέγω δ᾽ „ ctu.
ἰδών, ξηράνας τὸν νεκρὸν σύνδειπνον „
καὶ συμπότην ἐποιήσατο: Sale aut„
muriâ condit Aegyptius: at-„
que hic quidem (rem viſam„
à me narro) exſiccatum cada„
ver convivam & compoto„
rem adhibet. Obtinuit & hos„
inter, qui jam Chriſto devo-„
ti: Mos eſt Aegyptiis, nobili Atha-
um & praecipuè beatorum naſ. in vita
Martyrum corpora, lintea- Anton.
mine quidem involvere, &„
ſtudium funeri ſolitum non„
negare, terrâ verò non ab„
ſcondere, ſed ſuper lectulos„
domi poſitos reſervare: hunc„

 ho-

„honorem quiescentibus red-„di inveteratae consuetudinis „vanitas tradidit haec Athanasius. Accedit Damascenus:

Or. 1. de imag. ἴσμεν τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἀπηγορευκότα τὸν ἐν λάρναξι τιθέναι τὰ τῶν ἁγίων λείψανα, μᾶλλον ἢ προστάττοντα, ὑπὸ γῆν ταῦτα κηλύπτειν, τὸ ἄτοπον ἔθος τῶν Αἰγυπτίων καταργῆσαι βουλόμενον, οἱ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς οὐχ ὑπὸ γῆν ἔκρυπτον ἀλλὰ κλινῶν καὶ σκιμποδίων ἐπέθουν. Scimus S. Athanasium „Sanctorum reliquias non in „capulis feralibus componen-„das, sed terrae infodiendas, „eo consilio censuisse, ut in „cõgruum Aegyptiorum mo-„rem aboleret, qui suos mor-„tuos, non sub terra conde-„bant, sed in lectulos & scimpodia collocabant, haud dis-

par

par Hilarione, qui quamvis in Cypro diem obiret, omnes (venerunt quippe ad aegrotantem de Papho multi religiosi viri, maximè quod eum dixisse audierant, jam se ad Dominum migraturum, & de corporis vinculis liberandum. Sed & Constantia quædam sancta faemina, cujus generum & filiam de morte liberaverat unctione olei:) adjuravit, ut ne puncto quidem horae post mortem servaretur; sed statim in eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicina & cucullo & sago rustico. Stetére promissis. Addit enim illustris Scriptor: statimque " terra obrutum, ante Urbi se- " pultum quam mortuum nũ- "

cia-

ciarunt. Cadaver ipſum, quod è Petri de Valle commentariis Kircherus exhibet (Tom. III. Syntag. XIII. p. 405.) inſcripta voce ΕΥΧΥΧΙ, non vetuſtisſimam illã Aegypti linguam, qualis Herodoti tempore ſolemnis, ſed ſerorum nepotum, qui pollinɥurae adhuc dum tenaces, idioma prodit: γράμματα γράφουσι, καὶ λογίζονται ψήφοισι. Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα, ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ ΔΕ ἈΠΟ ΤΩΝ ΔΕΞΙΩΝ ἘΠΙ ΤΑ ἈΡΙΣΤΕΡΑ, καὶ ποιεῦντες ταῦτα αὐτοὶ μὲν φασὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ποιεῖν, ἕλληνας δ' ἐπ' ἀριστερά. Lit»teras ſcribunt & calculum »conficiunt; Graeci quidem »à ſiniſtro in dextrum manum feren-

Euterpe.

ferentes, Aegypti verò à dex-„
tro in finiftrum; & facien-„
tes haec ajunt, fe in dextrum„
Graecos operari in finiftrum.„
Nota in vulgus, quae de Coptarum lingva Kircherus in Prodromo, aliisque poft id, difputavit: verum nec dum eruditorum affenfum extorfit: & validis omnem illius ftructuram machinis everfum ivit, exafciatâ differtatione Johannes Stephanus Rittangel, infigni totius Orientis peritia illuftris, probavitque, Coptam illius effe Graecorum per Aegyptum Sparfo-„
rum lingvam orthographi-„
amque, qui per tot annorum„
decurfus, quotidianumque„
lingvae Aegyptiacae exerci-„
 tium

„tium atque uſum, vernacu-
lam inſigniter corruptam
„profantur, cujus vel dimidi-
„um obliti, vulgus praeſertim
„ibi ſatum atque educatum.
„Ideoque factum, ut Aegy-
„ptiaca Graecis mixta profe-
„rant, atque Graecis characte-
ribus efforment. (pag. 2.)

Haec meditanti ſaepiùs, ac jam denuò viſum, toleratam hanc condiendi funeris conſuetudinem, donec valeſcentibus Chriſtianis, Aegyptus omnis ſeſe ritu tam operoſo exſolveret. Gliſcebat ſpes invicta reducis propediem vitae: & vel in tenuiſſimum cinerem immutatos ſupereſſe tamen, & rupta tumuli cuſtodia jam reſtitutos integritati, itu-

ituros obviam Domino, haud ſegniter credebant. Inde eviluit illud decus morti quaeſitum per lanienam ac viſcerationes, quas exigit pollinctor, habitumque immane, & inſigni dehoneſtamento pietatis famam affectantibus, popae alicujus aut victimarii inſtar ſaevire in cadaver: ſolenne contra honorare functos quavis cura potiùs, & ingenti vel odorum ungventorumque apparatu credere ſepulcretis, ſed non diſciſſos. Nota in vulgus Tertulliani ſententia (Apolog. c. 42.) Thura non emimus; ſi „ Arabiae queruntur, ſciant Sabaei, pluris & carioris ſuas" merces Chriſtianis ſepelien-»

„dis profligari, quam Diis fu-
„migandis. Et apud Prudenti-
um hinc inde deprehendas,
eos cuncta nobilissimorum
corporibus servandis reperta,
huc vertisse, ut fermè nihil
liberalitati huic defuerit, nisi
moderatio ejus. Sanè, queîs
id studiis, & quanta conten-
l. 1. tione actum, Bosius, & quot-
quot, eo vivis exemto, Ro-
mae subterraneae commoda-
vére manus, prolixè exsecuti
sunt. Nec alia sequioribus se-
culis religio in functos. Uni-
cum Bonifacii VIII. edictum
videas. (Extrav. com. III. 6.)
qui detestandae feritatis ab-
usum, morem horribilem,
abusus saevitiam, mentes fi-
delium horrore commoven-
tem

tem & auditum perturban- „ tem improbando, consuetu- „ dinis vitium impiae pietatis „ affectum nuncupat, truculen- „ ter exenterare mortuos. ad- „ dit, id Divinae majestatis, „ conspectui abominabile, hu- „ manae considerationis obtu- „ tibus vehementiùs abhor- „ rendum. Novi id Pontifici „ fulmen, Montanerium Sosam, qui Friderico Arragonio in intimis, extorsisse: nec Siculi Historici verbis, Canonum SS. studio operatis invidebo. Erat inter Friderici familiares Montanerius Sosa, qui in Galliani oppidi arce, cui ipse praeerat, Carolum Marolettum Francum genere, virum nobilem ex iis, qui

Jazell. dec. 2. l. 9.

cum Philippo Principe apud Talionaram ſuccubuerant, captivum habebat. Hunc ille ſubornatis verbis, quae cum Blaſco Magona compoſuerat, eò perduxit, ut literas ad Ducem Robertum Catanam daret, quibus à Montanerio arcem Galliani munitiſſimam & inexpugnabilem ei citra bellum traditum iri ſignificabat. Robertus Dux literarum fide cum Legato Bonifacii & Proceribus in concilio diſcuſſa, ne fortè fraus aliqua ſcriptis ſubeſſet, memor monitorum Rogerii Auriae, ipſum Montanerium Catanam ad ſe mitti, quo res accuratiùs tranſigeretur, reſcripſit. Montanerius

Ne-

Nepotem suum, virum & fraude & astu non imparem Catanam remisit. Cujus verbis Dux allectus Gualterium Brennae Comitem, Gotfredum Mili, Thomam Prachytam, Galliani ante Dominũ, multosque alios optimates, cum lectis militibus, sub dicti Nepotis ductu ad facinus patrandum expedivit, quae cum per Montanerii nuncios Blascus cognovisset, confestim cum Guilhelmo Calcerando militem collegit, exercitum instruxit, ac in latebris Francis transituris insidias posuit. Jam Franci ad locum fermè advenerant, quibus Nepos, ne fortè, inquit, subitus vester adventus exitio sit Montane-

tanerio, adventum vestrum ut illi praenuntiem necesse est. Dimissusque, Blasco adventum hostium insinuavit. Blascus indecorum sibi per insidias vincere ratus, exorto Sole signa movit: Franci viso Blasco & ipsi aciem praepararunt. At ille qua parte Solis radii micaturi erant, exercitum direxit. Nec bellum intulit, sed dispositis hinc inde sepis in modum Almugaveris, aliisque peditibus, temerarios Gallorum ausûs, quos jam praenoverat, expectavit. Franci eminentem locum, unde tutiùs fuerant dimicaturi, deserentes, cursu praecipiti signo dato in Siculos irruperunt. *Siculi* pedites

in e-

in equites Francos intenti, miſſilibus magnam illorum ſtragem ediderunt, equis vulneribus in ferociam actis, ſeſſores ſuos in terram proſternentibus. Sed & lapidibus quoque à Siculis projectis, magnam occiſionem Francorum ediderunt. Ex pugnatoribus ſolus Brennae Comes, cum paucis evaſit, cum gladium deditionis indicem Blaſco transmiſiſſet. Hunc Blaſcus compedib9 vinctum in Menci arce carceribus addixit. Montanerius autem voti compos factus, occiſos Gallos vēdere inſtituit, quos ſua calliditate viventes paulò ante deceperat. Coxit namque gentilium more eorum

cada-

cadavera, quorum reliquias agnati pretio ingenti redemerunt. Eam immanitatem Bonifacius Pontifex detestatus, diris eum & complices devovit. Haec quanquam in propatulo: mirum tamen quam post evulgatam Pontificis hancce sententiam abhorruére dissecandis functorum cadaveribus, quotquot per Italiam aliaque loca, queîs Romanorum sacrorum fides intacta, corporis nostri compagem noscendi ergò, singulari sapientiae ac medicinae emolumento rimantur atque exponunt: adeò ut necessum fuerit veniam Pontificum iis exposcere, ne scientiarum nobilissi-

ma cōtemtu dein & odio abolita intercideret. Sed video, me longiùs provectū, quam principio destinaveram, finiam itaque ubi dixero, quos idem spectandi ardor exiverat in Crusii suburbanum. Intererant quippe è Nobilissimo atque Amplissimo Urbis Senatu, Davides ab Eben: Christianus Hofmannus, atque Johannes Burcardus: ille Gymnasio utrique & rei bellicae, hic tum aerario praefectus; queîs unum utrique studium insigni amicitiâ de me mereri. Convenerant ingente rerum experientia illustres Johannes Agricola, Joachimus Oelsnerus, Philosophi ac Medici Doctores, in sa-

in ſalutis publicae curam Phyſicorum titulo adſciti. Adfuére Godofredus Wilhelmi, Adamus Scholz, Godofredus Thiliſch, Philippus Jacobus Sachs, Chriſtianus Bukiſius, Balthaſar Cramerus, Sebaldus Scholz, aeque ſupremo Philoſophos atque Medicos inter honorum gradu ſublimes: caeterùm ut aetate diverſi, ſic ingente ingenii gloria celeberrimi, ac ſuis quiſque in urbem officiis immortales. His Comites Johannes Cretſchmarus, Amplisſimae Reipublicae à Secretis, ac Thomas Lerchius, ab Indiculis, Regiſtratorem vocant, olim mihi, dum nos literis atque artibus invigilan-

lantes, Batavorum Lugdunum detineret, inter intimos, & post id amoris in me non interrupti ac fidei manifestus. Nec fas non meminisse Filiorum Nobilissimi atque Amplissimi Arzati, Georgii Friderici & Wolframi Christiani, ac Johannis Burcardi, qui in spem Patriae, vestigiis parentum insistentes adolescũt. Optimum verò Crusium, geminamque illius sobolem, Johannem Jacobum, atque Johannem Henricum, ambos Philosophorum lauru, vividâ magis eruditione conspicuos, Hospites tum & spectaculi totius ferè editores, quî taceam? quorum natu major pleno gradu in intima me-

medicinae ſacraria penetrat, minor ſe Numinis Optimi Maximi contemplationibus ac myſteriis ſanctioribus totum devovit. Horum certè ut promtitudini atque munificentiae debemus quicquid praeſentibus exploratum: ita iisdem imputabit Lector, ſiquid ex hac narratione emolumenti tulit.

AND. GRYPHII.
Ad Dissertationem de Mumiis.
Notæ.

PAucis adhuc dum Lector benevole Te cupio amicorum potius instinctu quam sponte mea qui cum quædam fusius paulo explicari mallent, hæc ut adjicerem persuasere. Dixi pag. 3. *specie dira exterruisse Mumias comitem reducis, Ægypto Viri Illustris Sacerdotem*, en tibi ipsius Radzevilii historiam. Sic enim Epistola III. fol. 233.

Sed nec illud hic prætermittendum putavi, quod nautæ certò se vidisse asseverabant.

Quacunque in nave Mumia fuerit deportata, eam vel in maximum periculum adduci, vel certissimum naufragium subire oportere. Quamobrem diligenter admonentur ii, qui res in navem inferunt, ne Mumiam secum accipiant: cujus rei ea redditur ratio. Quandoquidem Mumiæ, Ethnicorum sunt cadavera, in quibus idola, ut dictum est superius, reconduntur: dubium non est, quin in cura & potestate Dæmonum, prout & animæ ipsorum, sunt constituta: qui nunquam ab eis, etiamsi de loco in locum transferantur, recedere solent. Cum Cayri in antrum, ubi ejusmodi cadavera sunt condita, me demisissem, duo integra corpora,

pora, ut jam diximus maris & fœminæ precio empta acceperam; eodem modo, prout ibi asservabantur, involuta: quæ ut commodius deferri possent, quodlibet in tres partes divulsum, in capsas majores ex corticibus arborum siccatis confectas, imponendum curavi: ita ut sex ejusmodi capsas Mumia refertas haberem, in septima verò erant idola fictilia iisdem illis corporibus copulari solita. Cum igitur de periculo deportationis ex nautis intellexissem, consului negotiatores mihi notos, quid mihi agendum suaderent, & num vera essent, quæ nautæ dicerent. Multi affirmabant rem ita se habere: multi pro fabulis hæc ducebant,

affir-

affirmantes, quod ipſimet in Italiam ſæpiſſime Mumias per mare deportarunt, neque tamen in ullum periculum hoc nomine inciderunt. Perſuaſione igitur illorum adductus decrevi corpora hac mecum aſportare, ut in Europa oſtenderem, qua ratione condita reperiantur, maximè quod ad partes noſtras, à quodam integra delata fuiſſe, nunquam antea intellexeram.

Quamobrem nihil ea de re cum Nauclero communicans, ſeptem capſas illas Mumiarum, cum rebus aliis, in navem inferri juſſi. Sed parum abfuit, quin ſtatim in magnas difficultates incidiſſem. Nam cum Turcæ, res meas inſpecturi in

Ale-

Alexandria nos conveniſſent, ut teloneum ab illis perſolveremus. habebant in comitatu Judæum, qui eorum interpres & Notarius fuerat.

Hic quoniam Chriſtianis utcunque fauebat, quod Chriſtianorum Merces aſſiduè pertractaret, à quibus non parum emolumenti, & honoraria frequentiora percipiebat, cum in capſis Mumiam repoſitam animadvertiſſet, ſtatim easdem capſas claudi, & funiculis ligari præcepit, & Turcis quibus vinum propinabamus retulit nos in capſis illis nihil aliud habere præterquam cochlearum teſtas, & conchas quales in maris littore legi ſolent: cujus relationi fidem Turcæ adhibue-

runt, quod & eorum minister esset, & quod è conclaui, in quo vinum hauriebant, pedem efferre minus festinarent. Caussa cur Mumias Turcæ prohibent efferri, hæc esse perhibetur. Quandoquidem ipsi Magicis superstitionibus valde sunt addicti, persuasũ habent, Christianos ejusmodi Ethnicorum Cadaveribus ad Magiam abuti. Verentur itaque ne per incantationes aliquas damnum ipsis & eorum ditionibus, facile non recuperandum inferant: idque diligenter præcauent. Difficulter igitur integra Mumia extrahitur à mercatoribus: qui clam & minutatim ejusmodi merces auehere solent. Judæo itaque illi bonum hono-

honorarium dedi: qui si Turcis de Mumia aperuisset, non parvum discrimen nobis imminebat, quod ingenti aliqua pecunia summa redimendum erat. Cum itaque priori tempestate jactaremur, nullus nostrum de Mumia hac meminerant. Erat mecum in eadem navi Sacerdos Polonus, Simon Albimontanus, qui patentes Regis Stephani litteras habebat, & sepulchrum Dominicum visitaverat. Eum primum Hierosolyma revertens, Tripoli videram, & denuo Cypri, cum in Ægyptum proficiscerer, obvium habui; qui Hierosolymam tendebat. Postremo venit Alexandriam Sabbatho hora vigesima: ego vero sequenti die circiter

*quindecimam horam naven
conſcenderam. Hic igitur cum
pecunia deſtitutus eſſet in
extera regione, nec conſilium
reperiret, quidnam agere debe-
ret; petiuit à me, ut illi open
ferrem, quod potui, non inui-
tus eidem obtuli. Sed cùm ani-
madverterem, illum brevi ad
necesſitatem redactum iri; nec,
viſitatione S. Sepulchri abſolu-
ta, quid in Ægypto faceret, cau-
ſam eſſe: inſtante eo, ut eum
mecum in partes Chriſtianorum
reducerem, acquievi libenter:
quod eum bonum virum & pi-
um Sacerdotem viderem, &
meum quoque popularem, cui
deeſſe non liceret. Hic de Mu-
miæ cadaveribus hiſce nullam
plane notitiam habuit. Nam*

ante

ante quam Alexandriam pervenisset triduo res meæ in navem illatæ erant; ipse interim in civitate degens, venti & navigationis commoditatem opperiebar. Cum igitur in priori tempestate versaremur, Sacerdos hic preces Horarias recitans, conquerebatur, duo sibi spectra magnum impedimentũ adferre, & quocunque tandem loco in navi consisteret, semper eum comitari. Hæc cum primum audiremus, mirabamur: postea verò (ut hominibus inusitatum non est in communi calamitate, ad fortuitos proximi casus, ritu potius quam compassione commoveri) rem in jocum vertimus tempestate sedata, existimantes has imaginatio-

nes è metu provenisse, ut plerumque navigantibus in periculis objici solent. Sed cum in altera tempestate denuo de spectris ejusmodi vehementer conquereretur, asserens, se virum & mulierem nigram, tali & tali habitu indutos videre: qualem nec mei quidem servitores, duobus tantum exceptis, in Mumiis illis viderant, nec de illo Sacerdoti indicare poterant, mirari accuratius cœpimus. Certissimum enim erat, neminem servitorum de Cadaveribus istis scivisse, præter duos illos, qui secretum hoc nemini procul dubio, extraneo præsertim, aperuerant. Sed nec tunc quidem Mumia nobis in mentem venerat. Postremo totus

tus conturbatus, pallidus, & tremens Sacerdos ad me accurrit, exposuitque, quam horrendum in modum â spectris hisce, inter orandum, exagitetur, immo laceretur. Tandem incidit mihi forte illum hæc pati occasione corporum istorum Mumiaticorum. Misi itaque ad Navarchum, ut inferiorem Saitiæ navis partem nobis recludi juberet, caussam tamen reticendo. Volebam siquidem capsas illas Mumiarum clàm in mare projicere. Sed Navarchus respondit, se id facere non posse, propter ingentes fluctus, qui Saitiam operiebant, ut omnes madefieremus. Expectaremus modicum, statim nos omnes interituros, nec esse cur inferius

descenderemus, mox in ipso gurgite futuri. Et videbamus quidem apertè periculū maximum instare, si navis aperiretur: ex alia parte Presbyter de spectrorum vexatione mirum in modum lamentabatur. Nesciebamus itaque quid nobis agendum esset.

Ubi verò S. Germanus apparere, & ventus contrarius subsidere cœpit; Cum jam illucesceret, navem aperiri jussi. Et quamvis, ut paulo superius scripsi, apparente ejusmodi sydere, navis extra periculum esse soleat, spectris nihilominus Sacerdoti molestiam inferentibus; septem capsas illas in mare projici jussi. Quod ubi factum, Navarchus statim ad me accur-

rit,

rit, percunctans quidnam abjecissemus: nunquid Mumiam? Fassus sum. Expavit illico vehementer; sed postea se recolligens, erat recreatus; & certo promittebat, nos tempestatem amplius non habituros. Et non frustra hæc prædixit. Nam licet apud Insulam Carpathos insurrexerat, minus vehemens tamen fuit, & S. Germano semel apparente, statim cessavit. Dixit mihi postea Navarchus, quo tempore ad eum mittebam, ut navem aperiret, etiamsi illi dictum fuisset, id propter Mumiam fieri, nunquam tamen aperturum fuisse, propter undarum insurgentium impetum: & quod jam certo nos interituros credebat,

momentum tantum demersionis expectans. Quærebat & Sacerdos quidnam in mare projectum fuisset. Cumque illi dixissem, majore etiã timore correptus, tanquam vir Ecclesiasticus arguere me cœpit, quod Ethnicorum corpora circumferre veritus non fuerim, propter quæ tantum vexationis pertulerit; nec aliam spectrorum apparentium caussam fuisse.

Ego reprehensionem boni Sacerdotis grato animo suscepi: ne tamen sinistri aliquid de me susspiacetur, reddidi caussam facti, me Mumiam, cujus in Medicinis frequens & necessarius esset usus, propter juvandos infirmos asportare voluisse; neque

neque ab Ecclesia prohibitum cuiquam esse, ne Mumiam in partes Christianorum deferret. Cretam cum devenissemus, quærebat Theologorum de Mumia sententiam: qui docuerunt, ejus importationem Christianis non vetari. Atque ita demum me purgatum & excusatum habuit. Apparuit & hinc, nihil illum de Corporibus istis cogitasse. De quibus, si notitiam aliquam habuisset, non intermisisset profectò, & metu periculi, & officio Sacerdotali adductus, quin me commoneret: maximè quod jam nos morituros credebamus, & ipsemet Orationes in periculo recitari solitas, nobis subsequentibus inchoaret.

Neque hæc ideò sunt hic à me commemorata quasi pro certo comprobare velim, propter Mumia corpora, quod multi volunt, naufragia ejusmodi provenire: sed ut doceam, ista nobis in hac navigatione contigisse.

Cæterum emoveri maria, exciri tempestates ventosque in naves, quæ cadavera ejuscemodi deferrent, auditum creditumq; eruditissimo Bodino, qui postremo opere quod Naturæ Theatrum inscripsit, Lib. II. hanc in rem inquirit. Sic etenim ubi de ventis præter naturam peroravit ore Theori: *Sed mirabilius est illud, quòd si Cadaver ex Ægyptiorum sepulchris eru-*

*erutum navibus aliò transve-
batur, violentissimæ tempesta-
tes tamdiu navim jactant, quo-
usque demergatur, aut Cada-
ver in mare projiciatur, aut
jactum fecerint vectores: un-
de nam illa vis procellarum?
Cui reponit Mystagogus: Id
quidem experientia tum diu-
turna comprobatum est, ut legi-
bus nauticis Ægyptiorum nau-
fragiis damna ferant ij, quorum
exercitores aut servi cadave-
ra, quæ Plinius funera medicata
vocat, capsis abdiderint, ut na-
vibus transueherent, Momiam
vulgus appellat. Sunt enim illa
cadavera suavissimis ac inci-
dentibus aromatis sic exsiccata,
ut Saccari Cretici durissimi co-
lorem ac duritiem imitari vi-*

deantur, fasciolis telarum tenuium multis involucris complicatarum omnino tecta, vacuatis visceribus & inaurata cute: nihil enim à putredine aut ærugine diutius conservat quam aurum. Intus autem Isidis imagines pro visceribus reconditas habent: ac talium quidem cadaverum sepulchra sunt infinita in arena purissima & aridissima, ac potissimum sub pyramidibus, quæ sunt innumerabiles: quibus vim medicinalem plerique inesse tantam arbitrantur, ut propter ea sepulchra effodiant. Certè quidem Franciscus I. Rex Francorum Momiam illam quocunque iret, deuchi curabat, quasi morborum omnium singulare

lare medicamentum. Hoc igitur dæmonum potestate fieri nemo nisi valdè stupidus dubitare potest.

An quia execrata sunt illa Cadavera, quæ Isidis idola præ se ferunt? An verò dæmones sua cadavera furtis eripi nolunt? Dubium quidem est: illud tamen verisimilius est, propter ejus execrationem, qui sepulchrum violavit, contingere. Est enim ab antiquissima memoria perceptum & cognitum, propter unius execrationem tempestates ac procellas ventis conspirantibus in mari excitari: atque ob id sortem jacere consueverant, ut eum in quem sors cecidisset, demergerent: tunc repente venti re-

mitte-

ævilius, si expendas, haud usque quaque validam experiere. *Quandoquidem Mumiæ Ethnicorum (sic ille) sunt cadavera in quibus idola, ut dictum est superius reconduntur, dubium non est, quin in cura & potestate Dæmonum, prout & animæ ipsorum, sunt constituta. Qui nunquam ab eis etiamsi de loco in locum transferantur recedere*, addere debuisset: & ob id maria commovere, *solent*. Haud equidem negarim esse hæc cadavera, idolis præsertim illustria, teterrimorum Geniorum curæ credita, quod sane Kircherus syntagmate de Mumiis, productis ipsis devotionum tabulis ivit assertum, haud tamen inde colligas: Ergò maria respuunt, aut mergunt ejuscemodi Mumiarum delatrices naves. Si Dæmon custos cadaveri quasi addictus; cur patitur effodi sepulcreta, cur erui corpus sandapilâ, cur efferri cryptis, quid obstat, quo minus arce-

arceat, terrore strepitu, vi denique aggressores conditoriis, quid impedit quo minus sæviat in ipsos pharmacorum artifices, qui cadavera illa mutilant, deterunt, & varios comminuunt in usus. Sed nec semper infestas sensere tempestates, quotquot navigiis Cairo avexere Mumias, vel ipso teste Razivilio, qui, *multi affirmabant rem ita se habere: multi pro fabulis hæc ducebant: affirmantes quod ipsimet in Italiam sæpissimè Mumias per mare deportarunt, neque tamen in ullum periculum hoc nomine inciderunt.* Idem asserere Eruditissimus Veslingius, idem mihi sciscitanti Batavorum Navarchæ plures. Eadem opponas licet Bodino. Si *Dæmones sua cadavera furtis eripi nolunt*; eccur haud avertunt audaces hypogæo manus? æquè ii subterraneis in tenebris, ac aperto mari sæviunt. At si execrabilis & sacer, qui sepulchrum violat; is certè

certè obnoxius erit anathemati, qui manus funeri injicit, haud qui Cairo aut aliunde emptum, alias in Orbis oras tumbæ subductum transfert, fors majore cura asservandum quam patrio in tumulo, quod avaritia recludit, disjicitque. Credit Bodinus, *esse ab antiquissima memoria perceptum & cognitum propter unius execrationem tempestates ac procellas ventis conspirantibus excitari*, & loquitur sanè ex mente non modo veterum Græcorum Romanorumque:

Pallas ne - exurere classem.
Argivum, atque ipsos potuit Virgil.
submergere ponto, Æneid.
Unius ob noxam & furias A- I.
jacis Oilei?
Ipsa Jovis rapidum jaculata è
nubibus ignem
Disjecitque rateis evertitque
æquora ventis!
Illum expirantem transfixo pectore flammas

Turbine corripuit, ſcopuloque
infixit acuto.

Sed & Hebræorum, quorum ille myſteriis evolvendis ſub vitæ finem addictior. At quam hæc vana ſeculo noſtro credulitas. Ec quot vexere maria impunè conjuratas in cœlum manus, quot impiatos quovis flagitio parricidas! quot denique eorum, quibus DEUS, jus, fas, avernus; nauci, ludibrio, nihili. Quid agmina loquar piratarum, qui alieno vivunt ſudore, luxuriant ſangvine! Inſpice denique turmas eorum, quos remis lex mancipavit atque prætor: cenſebimus ne morum integros ac vitæ, quos ne flagitiorum quidem pœnæ, flagitiis abſterrent. Haut ignota loquor, iis ſaltem qui navium ejuſcemodi vectura paucos dies uſi. Unde denique nobis tot ubique locorum mummiæ, ſi aditum emptoribus earundem mercium maria non

non pandunt. Vana itaque hæc Religio antiqua tamen, & nisi me omnia fallunt inde enata, quod cadaver humanum jam olim recusarunt Nautæ, & quidem adacti necessitate. Quis etenim ferat inter nauseam marini carceris, inter uliginem fœtoremque sentinarum insuper abominandos odores, corporis in sua se primordia solventis? Accessit dein temporum diuturnitate superstitio creditumque æquori id dari: quod salubritati vectorum. Principum sane & opulentiorum funera, indies huc illuc mari delata, quis non vidit. Ridendum vero jure censeam, qui credit alio putore fatiscere artus atq; membra hominis olim lautioris, ac remigis de scalmo; vel mendicabuli de trivio. Quotusquisque verò eorum qui maria sulcant; tempestates nunquam habuit adversas? hinc facile factum, cadaveri ut

impu-

imputarent, quod afscribendum aeri, furentium ventorum turbinumque procellâ commoto. Ungeat quis tamen, quod afserit Illustris Radzevilius comparuisse Mummiarum larvas atque exagitasse Sacerdotem! Quid si, (quod solemne tristioribus Geniis,) firmandæ huic superstitioni id factum! Quid si Sacerdoti colloquium inter arcanum ac sacrum, Radzevilii famulas, horrore cadaverum insolito ad primum eorundem in Ægypto conspectum tactus, & piaculo cui se ob furtim subducta funera obnoxium credebat, cupidus exsolvi, id detexerit? cujus denique utpote hominis, quantum ex ea naratione constat probi, sed minus provid. mentem vexarit ea sive impressio profundiores inter curas exorta, sive luserit æternus ille generis nostri hostis. Nec enim verò absonum, dari mortales præ aliis

ejus

ejusmodi terriculamentis magè obnoxios. Qua de re, (si Deus ac fata) pleniore dissertatione lectori me satis facturum spero.

Pag. 31. *In mortuis pollingendis manus demissas & ad latera junctas.* Verùm id & tale cadaver exhibet è Nordii apparatu Kircherus, syntagmate de Mumiis cap. V. p. 417. spectavimusque aliquoties brachia non inflexa. Soliti tamen potius decussatum pectori imponere cubitum utrumque pollinctores. Quod schema frequentius, aut, (quod observamus hacce dissertatione) mento subjicere manum complicatam.

Pag. 42. *Capillus brevior tamen, & qui non digiti dimidium excederet,* extensi puta, non transversi. Nec est quod mireris, puellæ nos id cadaver credidisse, quarum capillus prolixior ut plurimum. Solemne quippe gentibus ad orientem,

tem, ferro imminuere cæsariem functorum.

Pag 42. Dentium integra series. Nihil mirum! notarunt jam olim Viri varia rerum eruditione insignes, Ægypti incolas oculorum mortis frequentes obnoxios; dentium raro aut nunquam.

FINIS.